

pmertit. Et supbi inobediētes
hoīes pturbantes in oībo excedē
tes pmerētur. Et ideo vnusquis
q; debet ipm expellē p hūilitatē
Et ergo q ad thema Erat ihesus
eijs dēs demoniū: a illd erat mutū
Dominica letare.

Sermo. xx.

Vm subleuass oculos ihs
et vidiss turbā ac. Job.
vi. Nō q in curijs dñoy
bñ ordiatis vbi maxia dz comedē
mūtudo: reqruntur tria. Primo
puidēcia de nccarijs. qz puidēcia
est vītus q parat de futuris oīn
gentibz Ideo ait pūbioz sapiēs
Opiger vade ad fornicam discē
ab ea puidētiā: q colligit in esta
te: vñ viuat in hyeme Secdo dēt
eē ordo seruiētiū Nā seruitores
qn sūt idelligētes tūc pncipes in
hoc laudant: Tercio reqrūt ordi
natio sedētiū: vt vnusquisq; se
deat fm dignitatē suā. vtz in ge
nesi. de ioseph q posuit frēs suos
scdm dignatē pmo geniture. Ita
fecit xps pncps nē volēs abare
maximā mūtudinē fecit puiden
tiam Quia vt dī euāgelista Ipse
āt sciebat quid esset fūrus Itē ha
buit eē ordinē seruiētiū sibi. qā
suos duodecī aplos. Itē loci emi
nētiā Iusserūt eos ordiate sedē.
et hoc legit in hoc euangelio

Bijs ihs trās maē galilee qd
est in regione tyberiadis. et fuit
cōgregatio aqrum int mōtes. et
circa iacebant decē citates. Et seq

batur eū maxia mūtudo. q vide
bāt sig sup hys q infirmabant:
qs oēs curauit Subijt igit ihs in
montē. i. ascendit in montē et ibi
sedebat cū discipul suis. Erat aut
primū pascha die festus iudeo
rum Cū subleuass oculos et vi
disset qz mag mūtudo veniebat
ad eū Dixit ihs ad philippū Vñ
ememus panes vt māducēt hij
volēs eū tēptare Ipse em sciebat
qd eēt fūre? Rndit ei philippus
Ducentoy denarioy panes non
sufficiūt ei: vt vnusquisq; modis
cum qd accipiat Dicit ei vnus ex
discipul ei? andreas fr simonis
petri. Est puer vn? b q hēt qnq;
panes ordeacos a duos pisces:
h qd sūt inter tātos? Dixit ergo
ihs fācte hoīes discubē Erat āt
fenu mltū in loco. Discubuerūt g
viri nūo qsi qnq; milia. Accepit
ergo ihs panes. a cū grās egiss:
distribuit discubentibz qntū vole
bāt Vt āt ipleri sūt: dixit discipul
suis Colligite q supauerūt frag
menta ne pereāt Colligerūt aut
a impleuerūt duodecī cophinos
fragmētoy ex qnq; panibz ordea
cis q supfuerūt hys q māduca
uerūt. Illi ergo hoīes cum vidis
sent qā fecerat signum dicebant.
Quia hic est vere ppheta q vtu
rus est in mūdum. Quo ad the
ma Cū subleuasset oculos ihesus
Ex q verbo est sciendū q exēplo
xpi debem? oculos nrōs qtuor mo
dis ad celū leuare Primo vt filij

famelici ad prēm in q̄ speramus.
Secundo vt p̄fugi in montē ad
quē confugiamus Tercio vt p̄se
cuti in liberatorē in quē cōfidam?
Quarto vt tristes in consolatorē
in quē gaudeam? Et hec q̄tuor
tangūt in officio misse hodie
ne De primo velut in patrē dicit
euāgelīū De secūdo velut in mon
tem dicit tractus. De tercio velut
p̄secuti dicit epistola. De quarto
velut tristes in consolatorē: dicit
introitus misse letare iherusalē
et conuētum facite omnes aē.
Primo debemus oculos nostros
subleuare ad deū patrē velut pu
eri famelici id est esurientes ad
parētes. Vnde videm? q̄ omnes
paruuli tam animalīū q̄m hoīm
cum famem sustinēt: recurrūt ad
parētes. Sicut patet iheremie.
Pueri petierunt panem: et non
erat qui frāgeret eis illum panē.
Iste psalmista. Qui dat iunētis
escam ip̄orum: et pullis coruorū
inuocātibus eū. Sup illa verba
dicit glosa q̄ pulli coruorū pas
cantur roze celi: q̄dīu plume eo
rum nō crescunt nigre. Nam cū
parentes vident pullos sibi non
assimilari: non pascūt eos donec
videāt q̄ eis assimulant. et ideo
interim leuāt oculos et rostra ad
deum patrē q̄ pascit eos roze celi.
Iste autē pater pascit suam fa
miliā hominum quinqz panis
bus vt patet in euāgelio hodie
uo. Primus est panis penitētiet.

et cū illo pascit oēs q̄ agunt pe
nitentiā pro peccatis. Ecce. Panē
tuū cōmede in amaritudie aie tue
et ista amaritudo puenit ex recoz
dacōe peccatorū q̄ fecit. De q̄ ait
p̄s. Recogitabo tibi omēs ānos
meos i amaritudie aie mee Sed
est panis sacramētal q̄ pascit co
tidie de altari oēs fideles et oēm
familiā suā scz angelos. ad quorū
honorē et leticiā talis panis bene
dicitur. et ipsi sunt presentes Et
de isto pane similit omēs aie in
purgatorio exītes recreātur: q̄
eorū pena minuitur Et homines
sine peccō mortali existentes sunt
participes. Et ideo frāgit sacer
dos sacramētum in tres ptes. et
oēs aie. oēs angeli. et oēs fideles
de vno pane et vno calice p̄cipā
tur. Tercio ē panis matīal q̄ coti
die pascit totū mūdū et iste panis
nō sūt comedit Aliq̄ comedūt in
mensura et dolore. Aliq̄ comedūt
in maḡ supfluitate et irridēt deū
prēm. De quibz habet̄ exo. Sed
debat ip̄s māducare: et surrexe
runt ludē deū blasphemando. et
ideo ira dei descēdit sup eos Iste
panis matīal d; cotidie a prē peti
deuote d. Panē nr̄m q̄tidianū da
nob hodie et Panis iste d; acq̄ri
labore manuū nr̄ay. vt in ge. Cū
adā fuit expulsus de paradiso: dix
it ad eū dñs. In sudore vultus tui
rescīs pane tuo De isto pane d;
hō p̄t honorē p̄is celoz pau
peibz dare elemosinā vt ait tho

bias. Nunq̃ comedi panē meū
nisi paup̃ haberet partem suā.
Quartus panis est ifernal̃ quē
comedūt oēs dānati: quē p̃insūt
alias pistāt h̃ i p̃c̃is: ac ibi ome
dunt eū. De isto pane ait sapiēs
puerbioꝝ. iij. ca. Comedēt panē
īpietatis ⁊ bibēt vinum īm̃q̃ratis
oēs p̃ccōres t̃re. Quintus panis ē
panis celestis. ⁊ illum panē ome
dunt elc̃i in mensa p̃ris altissimi.
De q̃ ait dñs mat. Ego dispono
vobis regnū vt edatis et bibatis
sup̃ mensam p̃ris mei ⁊ ego mini
strabo. ⁊ h̃ sit qñ videm? deū oculo
ad oculū: quē nūc videm? p̃ spes
culū. Ido dē? p̃ ad deū oculos
subleuā: sic filij famelicī ad p̃rēm
panē petētes. Secdo dico q̃ dē?
oculos subleuare ad deū vt p̃fu
gi ad montē in quē fugiam? Vñ
videm? q̃ qñ hō est in t̃ra inimicoꝝ
rū et vndiq; vallat et videt altū
montē et castrū forte in eo: cogi
tat. vñā eēs in tali mōte tūc vel
les bene effugē manus inimicoꝝ
Ita nos cū sum? in t̃ra malay co
gitationū. Debemus igit̃ leuare
oculos mētis cū fiducia cordis ad
mōtem eternitatis. Sic hodie ani
mus in officio misse Qui cōfidūt
in dño sic mōs syon: nō omoues
bitur in eīnū q̃ hitat in iherl̃m ciui
tate celesti vbi nullus dolor. vbi
nulla mors. vbi nulla discordia.
vbi nulla senectus. Debemus igit̃
ad deum oculos leuare vt mittat
nob̃ auxiliū. Ps̃. Leuauī oculos

meos in mōtes vñ veniet auxiliū
mhi. Auxiliū meum a dño aē.
De q̃ legimus historiā in libro de
picturis: q̃ erat qdā rex potēs et
diues hñs duas ciuitates. vñā in
tuto ⁊ alto monte. ⁊ aliā in valle
ab inimicis vallatā. ⁊ habuit du
os filios. Vnus habitabat cū p̃rē in
tuto mōte. ali? in valle obseffa. le
uauit q; oculos fili? in valle: ⁊ cla
mauit ad p̃rēm p̃ auxilio. Et p̃r
scripsit q̃tuor l̃ras p̃ma erat Pec
catū ⁊ inundiciā relique ⁊ hō ne
statē assume: et statim te liberabo.
Secda l̃ra erat tal̃ Dilige deū tuū
ex toto corde tuo: qm̃ ad f̃situdi
nē suā te creauit Tercia l̃ra erat.
Sine amore nō poteris saluari:
propt̃ carentiā ei amoris hō peit
Quarta l̃ram misit sibi p̃ p̃rū
filiū quē habuit apud se: ⁊ tenor
l̃re erat tal̃ De omnib; tuis nihil
peto nisi vt me diligas sic tuum
germanum Ad propositū ille
rex dūct̃ est deus pater: q̃ h; ciui
tates videl; celi et mūdi. Vna est
tuta in alto loco scil; monte. Ad
quē oculos nr̃os subleuare debe
mus et auxiliū petē. Hic habuit
duos filios. sibi p̃m et huma
nā naturā in mūdo. Nūciāuit igit̃
de? p̃r hūane nature p̃ tres nun
cios p̃m? fuit abrahā p̃riarcha:
cui mādauit sic vt tenet p̃ma l̃ra.
p̃c̃m ⁊ inundiciā fuge. ⁊ h̃ fecit
⁊ filij ei? ad m̃lta t̃pa Secds nūci
us fuit moyses et ille fuit cū dño
in monte sinay. ⁊ accepit tabulā

quasi hām scriptā digito dei viui
Et ille p̄mo nūciāuit legē dīlōis
nis qz ad imaginē dei creatus est
hō. vt patet in genesi p̄mo. Ter
cius nūcius fuit Jheremias pro
pheta quē de? s̄cificauit in vtero
materno. Qui dixit Sine amoē
nō poteis saluari prop̄t carentiā
cui? hō perit Quarta hām misit
sibi p̄ propriū filiū suū de mōte
eterno: q̄ ipsū hōiez redemit suo
prop̄o s̄āguine Et ille erat tenoz
sue lrē De oībo nihil aliud peto:
nisi vt me diligas sic tuū germa
nū Et sic est q̄ debem? oculos sub
leuare ad deū: sic pfugi ad mon
tem in quē fugiam? Tertio debe
mus oculos subleuare vt p̄secuti
in liberatōrē in quē speram? Vide
mus nāqz q̄ hodie paup̄es. iusti
et simplices a mal? p̄sequūtur diū
simode velut ver? heres fili? abra
he a spurio ismahēle Ver? heres
etnī regni est iustus. et idō ei? ei?
spuri? filius ancille Et h̄ ostēdit
ep̄la hodierna q̄ sūpta est de ge
nesi. Et paulus ponit eā pro exē
plo p̄secutiōis iustoz. et adēnatiōe
maloz Dicit q̄ abrahā habuit
duos filios. vnū de ancilla et aliū
de libera. i. de vxore prop̄a. S; cū
eēnt ābo puuli isti puei uidelz ysa
ac ver? heres et liber. et ismahel
spuri?: luserūt in domo et spurī?
pauit verū heredē Qd ei? mat
molestē frēs: et tollens filiū suū
in gremiū: dixit ad abrahā. Tu
p̄misisti mihi qū de? daret mihi

filiū q̄ velles ei? ancillā et filiū
ei? qz filius ancille nō debz eē he
res cū filio libē Tūc abrahā dix
it ad ancillam. Tolle filiū tuū et
vade de domo mea: et dedit ei ci
baria p̄ via. Que iuit in desertū
et voluit ire in egiptū. et errauit i
deserto: et nō habuit aquā nec ali
quid ad bibendū p̄ tridū Itā fu
it despata p̄t penuriā aq̄ q̄ vo
luit reliquē filiū ibi sub arbore et
recedere S; puer clamabat post
mrēm: et mota sūt mat̄na viscera
et reūsa ad puerū et lacinata est
Et leuauit oculos ad deū et orauit
Tunc misit angelū suū: q̄ eduxit
eā ad fontē in deserto. et ibi habi
tauit ad m̄ltos ānos. et fili? acce
pit vxorem de egipto et creuit in
gentē magnā. et isti dicebant is
mahelite. et isti sp̄ p̄sequēbant? fili
os abrahe q̄ fuerūt vī hēdes Et
ideo dicit ap̄ls in hac ep̄la Itā et
nūc oīs iustus et penitēs ē ver?
heres: s; iusti et boni veri heredes
a spuris. i. a pessimis p̄sequūtur
Sed veniet hora in die iudicij q̄
ancilla et fili? ei? ei? ei? ei?
et aia ad desertū etne dānatiōis:
vbi sustinēt siti. et nō hūt aquā
mie. et ver? hēs iustus et penitēs
manet i hēditate p̄ris Libei sum?
q̄ libtate xp̄s nos liberauit Ideo
oīs hō qui est sine peccō est liber
et hēs et oīs peccōr expellit Ideo
omnis iustus et penitēs si perse
quitur: subleuet oculos suos ad
dñm deū nostrū: et liberabit eum

Quarto dico q̄ debemus oculos
subleuare ad deū velut tristes in
solatorē in quē gaudeamus Et
ostēdit introitus misse. Letāe ihe
rusalem et uentū facite oēs q̄ di
ligitis eam. et ista leticia venit ex
antiq̄ lege. q̄a iherlm fuit destru
cta: postea reedificata. et post cap
tuitatē reuocauit neemias oēm
p̄lm disp̄sū et ait v̄bū p̄allegatū.
letāe iherlm Ita sc̄i pr̄s hodie in
roma vbi est n̄r totū? ecce et maḡ
leticia spiritali q̄ celebrat papa
missam in ecclā q̄ d̄r ad sc̄am crucē
in iherlm. et post missam h̄z rosam
de auro in quā infūdīt vinum cū
balsamo et bibit. et tunc nobiles
romani sedēt ante ecclā in equis
p̄ciosis ornati vestimētis. et nobi
liori romano quē videt inter eos
tribuit hanc rosam: q̄ bibit et tri
buit alijs et cum leticia eq̄tant p̄
totā citatē. et h̄ iuenerūt sc̄i pr̄s
q̄z sic ecclā iam ē in medio. xl. dz
p̄ solacium spūale recreati vt ait
poeta. Inēpone tuis iterdū gau
dia curis Vinū et balsamū signi
ficāt xpm deū et hoīez filiū et spm
sc̄m et aurum deū prēm Ita tres
p̄sone in vnū. sic aurū vinū et bal
samū? Ergo letemur hodie. et oīs
tristis leuet oculos ad deū vt ipsū
solatur. ergo ad thema. Cū sub
leuasset oculos ac̄.

Dmca in passione.

Sermo. xxi.

Ihesus autē abscondit se:
Iohā. viij. Nos videm?
qñ aq̄ abundās trāsit in
angusto meatu sepe ex abundā
tia exēdit suū meatū. et si in vno
obstruit: in alio loco q̄rit exitum
Ita spūale hō plenū oī malicia et
dolo: sepe cōfūdīt a iusto: et si in
vno cōfūdīt et vinct p̄ veritatē:
q̄rit aliā excusacōez. et si itez vin
citur: tunc violentē inuadit iustū.
Ita malicioſi iudei pleni oī dolo
et inuidia fuerūt p̄ xpm sepe victi
et cōfusi et tūc aliā excusacōem et
inuētiōē inuenerūt: h̄ xpm vin
cere nō potuerūt. Ideo violentē
in ipsū irruere voluerunt: h̄ ipse
sciebat tps qñ pati pro nob̄ de
buit et illd̄ adhuc nō v̄it Ideo ab
scōdit se vt̄z i euāgelio hodierno

In illo tpe dicebat ihesus tur
bis iudeoz et p̄ncipibz sacerdotū
Quis ex vob̄ arguet me de pctōs?
Si veritatē dico vob̄ q̄re nō credi
tis mihi? Qui ex deo est: v̄ba dei
audit. propt̄ea vos non auditis.
q̄a ex deo nō estis. Respōderunt
iudei et dixerunt ei Nōne b̄ndic
mus nos q̄a samaritan? es tu et
demoniū habes. Respōdit ih̄s
Ego demoniū nō habeo: h̄ hono
rifico prēm meū: et vos inhonora
tis me Ego at̄ quero glām meā
Est q̄ querit et iudicet Amē dico
vob̄ Si q̄s sermonē meū seruauē
rit: mortē nō videbit in etnū Dix
erunt ergo iudei Nūc scimus q̄a
demoniū habes Abrahā mortuū?